Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26058
Copyright: Admont, Benediktinerstift

90

in qua diu crebras effundit preces. amota debilitate incolomitati do
Erat in tempus in uilla. que sub tuitione sancte maurole habebatur. C natus. xviiii.
homo quidam qui tamquam effractus renibus inclinatus ambulabat. hic iuxta illa
euangelice hystorie mulierem deorsum pelin. neque quicquam sursum poterat erigi. sed du
obus in ascellis fustibus additus. incuruus agebat ... Ad festiuitatem autem
adueniens. tertia die post acta sollempnia erectus ab omni incisione diabolica
mundatus sanus abscessit. xv. Gundulfus autem quidam ipsius urbis ciuis.
ab infantia sua cum gunthario chlotarii regis filio habitauit. In cuius
cum haberetur seruitio. et ordinante rege ascendens in arborem decerperet
poma. effracto ramo corruit. collisoque ad lapidem pede debilitatus est.
Post multos uero annos diu in hac debilitate persisteret et ascenso eius uelocitur
impelleret ad eundum ad lapsante conspectu perceptum ... pedem aliud quod
sanus erat ... Dehinc portari se ad beatam basilicam postulat. proiectumque
ad pauimentum orationem fideliter fundit. Nec morata est pietas. que semper tribulan
tibus subuenire consueuit. sed pariter ablato omni dolore incolomis a pauimento
surrexit. Igitur per xxx. circiter annos de alio pede sicut superius diximus iugiter
claudicabat. tandem inspectas prope conscientie noxas. confitu decurrit feliciter
ut humiliatus capillis ipsi sancto deseruiret antistiti. Sed prius a rege precep
tum elicuit ut res omnes basilice conferret uiuens. Quo facto capite ton
sorato. impleto bone delibationis uoto. pes eius qui effractus ossibus fuerat
breuiatus elongatur. et qui antea duobus pueris sustentatus ibat. non sine ullius
hominis adminiculo. quo uoluerat absque ullo debilitatis impedimento
Post hec puerulus quidam ex lemo uicino cum aduenit / discurrit. xvi.
ens. lumen recepit oculorum. hoc modo. Anno tertio natiuitatis sue cum in atrio
incipiens fingere erumpente lingua in uerbis ora laxaret. dum mater allu
dit blande. dum oscula libat. dum collo eius appendit. Sub ulnis defert.
commota permissione diabolica uim uenti. puluis atria cum paleis ele
uatur. super puerum ac matrem eius cum magno turbine fertur. Sed rustica mulier: